Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26260
Copyright: Admont, Benediktinerstift



78

turpitudinem quia ipse in hac nota sacerdotem infamari. Maxime
quia mysterium corporis et alia occupant. Ipsi s imponunt
feminalia. ceta moyses. Primo se subducere se a concubitu
refrenare. deinde doctoris alias plantare uirtutes. Legitimum
sempiternum erit aaron et filiis eius et post eum. Legitimum
sempiternum. i. legis constitutum erit aaron et filiis eius. hoc
quod de sacerdotibus moysi dominus preciebat. quia de sola stirpe aaron
pontifices secundum legis preceptum eligebant. Nec alia tribus post
tribum leui ad sacerdotium ordinabatur toto tempore ueteris legis.
Sic de perpetuo supdiximus. sic de sempiterno hic accipiendum.
Tolle uitulum de armento. et arietes duos immaculatos pa
nesque azimos et crustula absque fermento quae conspersa sint
oleo. lagana quoque azima oleo linita. de simila tritica cuncta
facies et posita in canistro cuncta offeres et rt. Panes azimos
in consecrationem sacerdotis simul cum uitulo et arietibus offer
re precepit. i. quia sine frumento sint et conceri et postea dis
tinctim ponit. ss Crustula absque fermento que sint oleo
et lagana azima oleo linita. Crustulum genus panis quia in
modum cruste. i. superficiem panis cogitur dupli. Lagana quoque genus
panis lata et tenuis quae cum oleo confrigitur in sartagine.
Canistrum genus est uasis. quod fissis cannis contexitur. Unde et
uuncupatur. Oblationes quae in lege offerebantur xpm significant
immolatum. Unde in uitulo quod de thauris et uaccis procreatur
et de patriarchis et synagoga secundum carnem processit et pro nobis
oblatus est accipitur in ariete propter ducatum. In eius sangui
ne omnis consecratur ecclesia. Panes azimi de simila tritica pu
ritas scilicet uite sine simulatione et argumentatione uirtutum.
Cum dulcedine olei et in fusione spiritus sancti clarificatus. In canis
tro. i. in bona deuotione obseruatione offerenda. His
.ii. quibus sanctificatus fuerit. i. sacerdos existere ualeat. Ad hostium
applicant aaron et filii eius. fideles ad xpm. quod dicit. ego sum